UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXX. Markgraf Ludwig verleiht den Gebrüdern Conrad und Albert Toyten, Schulzen zu Berlinichen, statt des Dorfes Wendisch- Petzick Groß-Dickow, am 30. September 1351.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55359

Visual Library

commodis et honoribus, quibus nos id ipſum iudicium poſſidemus, a nobis in antea debito pheudi titulo ſine impedimento quolibet pacifice et quiete perpetuis temporibus poſſidendum. In cuius etc. Teſtes Haſſo et Haſſo de Vchtenhagen de Wedel etc. Datum Soldin, Anno M°. CCC°. L°.

Aus Hackwitz'ſcher Abſchrift und Dickmann's Urkunden-Sammlung f. 262. — In einer dritten Abſchrift, wornach der Abdruck in der Schöning'ſchen Geſchlechtshiſtorie erfolgt iſt, heißen die Zeugen: Hasso de Vchtenhagen und Hasso de Wedel.

XXX. Markgraf Ludwig verleiht den Gebrüdern Conrad und Albert Toyten, Schulzen zu Berlinichen, ſtatt des Dorfes Wendiſch-Petzick Groß-Dickow, am 30. September 1351.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. noſtro et illuſtriſſimorum principum, Ludovici Romani et Ottonis, Marchionum Brandenburgenſium, fratrum noſtrorum kariſſimorum, nomine, penſantes et conſiderantes fidelia ſeruicia, nobis exhibita et facta per ſtrenuos viros, Conradum et Albertum, dictos Toytin, fratres, fideles noſtros dilectos, prefectos in Noua Berlin, et quia ex mandato noſtro ſpeciali renunciauerunt ſponte, ad voluntatem et vſum noſtrum, ville Slauicali Petzick, ipſis et eorum veris legittimis heredibus contulimus et conferimus villam noſtram magne dykow cum omni iure, commodo, fructu, prouentibus, honore et redditibus vniuerſis, quibus predicta habuimus et tenuimus, excepto duntaxat ſeruicio noſtro vaſallatus et iudicio ſupremo, quod nobis et noſtris predictis fratribus reſeruamus, iuſto pheudi titulo a nobis perpetue in ſolidum et manu coniuncta habendam, tenendam et pacifice poſſidendam. In cuius etc. Preſentibus Lochen, Saczenhouer, Huſener, Ber. magiſter coquine. Datum Lippene, Anno M°. CCC°. LI°., feria ſexta poſt Michaelis.

Aus einer Hackwitz'ſchen Abſchrift und Dickmann's Sammlung f. 255.

XXXI. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet dem Johann von Wedel für die Auslöſung ſeiner Pfänder in Lippehne die Bedehebung von Jädickendorf und Woltersdorf, am 30. Mai 1354.

Noverint univerſi, quod nos Ludovicus Romanus etc. Strenuo Johanni de Wedel, camere noſtre magiſtro et fideli noſtro dilecto, et ſuis heredibus in CXXXII marc. argenti Brandenburgenſis ex cauſa mutui et quibus noſtra pignora quitat in Lippene, obligamur, pro qua quidem pecunia ipſis precariam tam denariorum quam frumenti carnium et ſervicium curruum cum omnibus ſerviciis realibus et perſonalibus et univerſis et ſingulis aliis iuribus, que nobis competunt vel competere poterunt, villarum Gödekendorp et Wolterſtorp dimiſimus et conferimus per preſentes, Sic quod dum primum fideles noſtri dilecti Th. Morner prepoſitus Bernowenſis,